



Batus natus est Selestadij in Alsatia anno 1485, patre Antonio, qui oppidum semilacerum Rhe nanum ob Rheni alluviones reliquit, Selestadium cum familia peruenit, atque ibidem ob uarias uirtutes in senatum cooptatus consulatum gessit, et a loco mutato Rhenanus dictus fuit, cum prius Bildius nominaretur. Eodem uero quo natus est anno Beatus, matrem amisit Barbaram Kegeliam, eius uirtutem pater adeo approbauit, ut postea per triginta quinque annos in coelibatu permanserit, atque unico filio & haerede contentus fuerit. Eo tempore preceptor Rhodolphum Agricolam Alexandri Hengij preceptorem, ipsumque Erasumum Roterodamum

Germania nihil magnum nec preclarum in literis uiderat. Verum horum scriptis adolescentium ingenia excitata ad omnis generis studia excolenda, praesertim cum Imperator Maximilianus homines eruditos ad sua consilia delegerit. Itaque pater filium suum Cratoni Vdenheimio, qui tum Selestadij literas docebat, erudiendum tradidit, quo mortuo Hieronymo Gebuulero commendatus fuit. apud utruncque felicitate ingenij eos progreslus fecit, ut ceteris condiscipulis inferiorum ordinum praeficeretur, inter quos etiam Iohannes Sapidus erat. Post hanc disciplinam a diuine patre Lutetiam missus est, quo etiam Sapidus tertio post anno subsecutus, qui Beatum domini priuatim Aristotelis Oeconomica explicatem audiuit. In eo loco Beatus Georgium Hermynum Spartanum in Graecis literis praceptor habuit, in Physica & Dia lectica Iacobum Fabrum & Iodocum Clitoueum. quin etiam Erasmus tum erat Lutetiae, atque Adagiorum diuulgatione magis quam antea coepit inclare scere. Aderat & Faustus Andrelinus, qui magna auditio: um frequentia Poetas enarrabat. Itaque meliores literae (quae diurna & inueterata barbarie suppressae fuerant) tum demum in lucem reuocari coeptae. Habuit Beatus tum inter condiscipulos Lutetiae cum aetate parem & doctrina aequalem Michaelem Humelburgum, cum quo sua studia repetit, & familiariter uixit.